

Besondere Prüfung 2004 - Haupttermin

(für Gymnasiasten)

Latein

Freitag, 10.09.2004, 8.30Uhr - 10.30 Uhr

Cic. *In Verrem* 2.2.86-87 (bearbeitet)

Die Statuen von Thermae

Cicero greift den bei Gericht angeklagten Verres an, weil dieser während seiner Statthalterschaft auf Sizilien die Standbilder der Stadt Thermae für sich beansprucht habe. Um den Eigennutz des Verres deutlich zu machen, fasst Cicero die Geschichte dieser Statuen zusammen.

Eigennamenverzeichnis:

Himera, -ae, f.: Stadt an der Nordküste Siziliens

Carthaginienses, -ium: die Einwohner von *Carthago*, -inis, f.

Siculi, -orum: die Einwohner Siziliens

Thermae, -arum, f.: Stadt in der Nähe von Himera. Die Einwohner heißen *Thermitani*, -orum.

Stesichorus, -i: griechischer Dichter (~ 630-550 v. Chr.), der aus Himera stammte

Oppidum Himeram Carthaginienses quondam ceperant¹, quod fuerat imprimis in insula Sicilia clarum et ornatum. Scipio dignum populo Romano arbitratus est bello confecto² socios³ sua⁴ per nostram victoriam recuperare⁵. Itaque Siculis omnibus Carthagine capta omnia, quae potuit, restituit. Himera deleta ii cives, quos belli calamitas reliquos fecerat⁶, Thermitis se collocaverant, in isdem agri finibus neque longe ab oppido antiquo. Hi se patrum fortunas et dignitatem recuperare arbitrabantur, cum illa maiorum ornamenta in eorum oppido collocabantur.

Erant signa ex aere complura; in his eximia pulchritudine ipsa Himera⁷ in muliebrem⁸ figuram et habitum formata. Erat etiam statua Stesichori poetae summo artificio⁹ facta; qui non solum Himerae sed etiam tota Graecia propter ingenium summo honore et est et fuit.

Haec omnia iste homo¹⁰ ad insaniam¹¹ cupiverat. Haec et alia Scipio non neglegenter abiecerat¹², ut Verres auferre posset, sed Thermitanis restituerat. Nunc iis locis posita sunt, ut mihi semper Scipionis fore videantur et ita dicantur. (150 LW)

1 *Oppidum Himeram ... ceperant*: Dies geschah im Jahr 408 v. Chr.

2 *bello confecto*: Gemeint ist der dritte punische Krieg, an dessen Ende im Jahr 146 v. Chr. Scipio Karthago eroberte.

3 *socios*: Gemeint sind die Einwohner Siziliens.

4 *sua, -orum* n. Pl.: ihr Besitz

5 *recuperare*: zurückbekommen

6 *aliquem reliquum facere*: jmd. übrig lassen

7 *ipsa Himera*: Die Stadt Himera wurde als eine Frau dargestellt.

8 *muliebris, -e*: weiblich.

9 *artificium, -i, n.*: Kunstfertigkeit

10 *iste homo*: Gemeint ist Verres.

11 *insania, -ae, f.*: Wahnsinn

12 *abicere, abicio, abieci, abiectum*: wegwerfen